

1773.33.
1773

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
DE
**SECUNDARVM NVPTIARVM
IVSTO TEMPORE**

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.
SOCIO
DIE XXIV DECEMBR. ANNO CCCCCCLXXIII.
DEFENDET
IOANNES CHRISTIANVS TRIEBEL
SCHLEOSING. FRANC.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

QAVESTIA

IARTS GONTRIOLE RISI

DE

SECVNDVRA M VPTIARVM
IARTO TINPORR

QAVESTIA

ILLVSTRIS IETORVM ORGINS CIVIT

PRAESTDE

D. CHRISTIANO HENR. BRUNNNG

THEODORI LAVRICIUS ODNIS TUL. NANT. ET. TUT.

ET. SOCIETATI. LITTERAR. DISCIPUL. BEGEN

1600

Die xxxv DECIMAS VNO. 1600. S. 1600.

JOANNES CHRISTIANVS TUTERI

SCVLPISSIMO TUTERI

PLATEA

EX OFFICINA LAMBERNTINI



D.E

SECUNDARVM NVPTIARVM
IVSTO TEMPORE.

§. I.

Quantum quamque vario Marte etiam de-
pugnatum sit contra Pufendorfium et
alios de prohibita iure naturali simulta-
nea polygamia, et quam inutiliter accus-
ati sint polygamias defensores, quo-
rum accusatores haud memoris fuerant,
nullum ex hac sententia periculum im-
minere posse, cum ciuilia instituta in rebus publicis non
sine summa prouidentia monogamiam comprobauerint
et polygamiae poenas statuerint; nunquam tamen iniusta
habita fuit succedanea polygynia et polyandria. Evidem
haud nego, et romanis interdum, et popularibus nostris

A 2

parum

4

+ + +

parum laudabilia habita secunda vota; legibus tamen ipsis
nunquam omnino prohibita. Et paulatim haec secunda-
rum nuptiarum odia ita cessarunt, ut, exceptis antiquiorum
temporum nonnullis reliquiis, qualis in Illeburgensi
Praefectura saccus sine sutura, et in Praefectura Giebichen-
stein scripta licentia sub titulo *Stech-Zeddel*, hodie nemo
prohibeatur a secundis nuptiis contrahendis.

§. II.

Cum vero *simultaneam polygamiam* leges ciuilicae
instituta improbent, quoties secunda vota contrahenda,
prius, primum matrimonium iuste solutum esse, probandum erit.
Sicuti vero matrimonia vel diuortii, vel mor-
te soluuntur, vel sententia diuortii a iudice ecclesiastico,
vel qui eam iurisdictionem simul habet prolati, vel mor-
tis testimonio probabitur, nisi manifestae sit notorietatis
vnum ex coniugibus demortuum, et sic matrimonium
solutum. Sed siue mors coniugis probetur, siue mani-
festae sit notorietatis, an statim soluto sic matrimonio ad se-
cundas nuptias venire possit superstes coniux quaerendum.

§. III.

Iure romano vidua ad luctus tempus seruandum
adeo infamiae poena tenebatur, quod tempus olim de-
cem mensium erat, forsan quod ex Lege decemuirali ad-
huc intra decem menses legitimus atque iustus posthumus
expectari poterat. At, cum postea dubitatum sit, possitne
vndecimo adhuc mense postumus iustus nasci, vt ex G E L-
L I O in N. Att. L. III. c. 16. patet, coepit spaciū X.
mensium ad duodecimestre extendi, viduaeque iussae
sunt, duodecim menses lugere. Quo spectat constitutio
GRATIANI, VALENTINIANI et THEODOSII in
L. 2. C. de sec. nupt. Ita lex ait: *Si qua ex feminis perditō
marito intra ANNIS spatiū alteri festinauerit nubere (par-*
vum

◆ ◆ ◆

uum enim tempus post decem menses seruandum adiicimus: tam
et si ipsum exiguum putemus) probrosis iusta notis honestioris
nobisque personae decore et iure priuetur: caet. Non ergo
viduae iustum erat viro secundo nubere, nisi tempore le-
gitimo lucius elapsi, sin hoc negligeret tempus, infamia
notabatur.

§. IV. Sed quae fuerit huius poenae causa, docet **VLPIA-**
VVS in *L. II. §. I. n.* de his qui not. infam. ait: *Praetor*
enim ad id tempus se retulit, quo vir elugetur: qui solit
elugeri propter turbationem sanguinis. Notat **LEVNCI LA-**
VIVS Graecos legisse *yovης* s. seminis. Putem, non ad
verba respexisse Graecos interpres, sed ad sensum ma-
gis. Forsan metuebant, ne, si quae ex prioris mariti se-
minibus in latebris vteri abscondita essent, ex concubitu
cum posterioris mariti seminibus commiscerentur, et sic
seminis confusio imo ipsius simul sanguinis et agnationis
et iurium familiae arque domesticorum sacrorum turbatio
existeret.

Quare ubi certum erat, eam haud sanguinis semi-
nisque confusionem atque turbationem metuendam, ne-
que viduae matrimonium secundum olim videbatur pro-
hibitum fuisse. Testis idoneus est ipse **VLPIANVS**
c. l. II. §. 2. Ait: *Pomponius eam, quae intra legitimum*
tempus partum ediderit, putat, statim posse nuptiis se collo-
care, quod verum puto. Vbi enim ratio, cur quid prohibi-
tum sit cessat, quid obstat, quominus ipsam prohibi-
tionem cessare putemus.

§. VI.

Haud vero virgo, quid Pontificio iure positum.
Cum enim hoc iure matrimonium inter sacramenta refe-

A 3

ren-



rendum, quis quaeſo putabit contrahendo ſacramentum infamiae poenam aliquem incurrere poſſe?

§. VII.

Neque tamen protestantes ſoluto per mortem matrimonio viduae ſtatim permittunt, ſecundas celebrare nuptias. Quod ex antiquo romanorum iure et canonico ſimil receptum videtur. Antiquiori enim tempore, quo adhuc ſecunda vota odio proſequabantur, populares viduas iterum viro nubentes infames quodammodo habuerent, non quod fanguinis atque ſeminis turbationem metuerent, ſed quod matrimonii obligationem morte haud ſolui crederent, quippe obligationes ex hac vita in alteram tranſire ſimul haud improbabile iphis videbatur, quam, et confines Galli opinionem habuisse, docet VALE- RIVS MAXIMVS memorab. L. II. cap. 6. vel nulla, vel ratiōnē huius quaefitionis cauſa fuīt. Negant quidem noſtrates, viduam intra luctus tempora viro impune nubere poſſe, ſed haud fanguinis turbationem metuunt, neque infamem declarant, a qua nota ceremoniae in copulando coniugio ecclieſiaſtice ob ſuperitionis quādām reliquias viduam liberant. Multa vero eam viduam coercent, quae non eluget per tempus legitimum.

§. VIII.

Equidem immunitatem a poena habet, ſi lege per diſpensationem ſoluta nuptias intra luctus tempus celebrauit. Iam iure Romano Imperatores lege illa nuptias intra luctus tempus prohibente ſoluisse viduas, teſtatur PAVLVS in L. 10. pr. π. de his qui not. infam. Solet, inquit, a principe impetrari, ut intra legitimum tempus mulieri nubere licet. Add. Gerh. NOODTIVM ad π. h. t.

Et

Et nostrī principēs immunitatem concedunt interposita dispensatione, vt intra luctus tempora nubat vidua. Neque hoc dispensandi ius Consistoris tribuendum, sed soli Principi seu illi collegio, quod Principis iura circa sacra tuerit, quod in Saxonia comprobatur. **R E S C R I P T.**
Elector. IOANNIS GEORGII de dato 10. Febr. 1623.

§. IX.

Sed ab annūm tempus adhuc luctui definitum sit; quāeritur. Quāmis romanū ius in viduabus tantum annū statuat, video haut tempus ponat, quod et PAULVS in L. 9. n. de his qui not. infam. adfirmat. Vxores viri lugere non compelluntur, tamen virique coniugii lugendi tempus positum est, idque ex decori tantum rationibus. Definiuit hoc Elector IO. GEORG. I. in Ordin. matrimon. §. vlt. Was endlich Wittwer und Wittwen anbelanget, so anderweit zur Ehe schreiten wollen, erfahren Wir, dass etliche ihrer abgestorbenen Ehegatten allzuzetig vergessen, und mit Aergerniss wiederum zum Ehesland eilen. Wenn denn solches der Erbarkeit und natürlichen Pflicht zuwider; so wollen Wir, dass hinsührō ein Wittwer zum wenigsten ein halbes, Eine Wittwe aber ein ganzes Jahr ihre Trauer-Zeit halten und vor Ausgang derselben sich wieder zu verehlichen, oder Hochzeit anzustellen nicht Macht haben soll; es geschähe denn mit unserer sonderbahren Dispensation und eigner gnädigsten Verwilligung. Respxit Serenissimus ad tempus luctus, seu per quod per externa vestium signa lugentes incedebant atque intra illa quasi tristis memoriae tempora matrimonia prohibebat. Iam dubium oritur. Cum enim Sereniss. Elector posteriori tempore tempora luctus coercuit et breuiora tempora lugendi posuit, an ad matrimoniorum prohibitions haec possit

+ + +

possit iuris dispositio produci. Extat *Mandat.* d. datò den 7 Mart. 1750 wegen Abstell- und Einschrenckung der übermässigen Trauer. In hac vero lege §. I. generaliter sanctum est: Über Eltern; Gross- Eltern und Schwieger- Eltern, von denen Kindern, worunter auch diejenigen, welche an Kindes statt ange nommen sind, zu verstehen, ingleichen über einen Ehemann oder Eheweib längstens Sechs Monath oder vier und zwanzig Wochen caet. Differentia quae olim ratione temporis inter viduum et viduam lugentes obseruahatur, sublata est hac lege. Quapropter cum in *Ordin. Eccles.* Elector respiceret in definiendo tempore ad matrimonium iterum celebrandum iusto, ad tempus luctus, quod in vidua annum erat, iam vero illud tempus ad semestre etiam in vidua remissum, soliusque decori ratio habeatur in lege, putem magis consentaneum fore legi, si et viduabus abs que dispensationis necessitate secunda vota concedamus, si per sex menses mortuum maritum elugeat.



ULB Halle

004 758 501

3



5b



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
8
7
6
5
4
3
2
1
0

Q V A E S T I O
I V R I S C O N T R O V E R S I

D E

S E C V N D A R V M N V P T I A R V M
I V S T O T E M P O R E

Q V A M

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S. P U B L I C. O R D I N A R. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E T A T. L I T E R A R. D V I S B U R G E N S.

S O C I O

D I E X X I V D E C E M B R. A N N O C I C I O C C L X X I I I.

D E F E N D E T

I O A N N E S C H R I S T I A N V S T R I E B E L

S C H L E O S I N G. F R A N C.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

1773.33.
5

